UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, 1637

S. Regulus Episc. 30. Martii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Visual Library

nuerit, carnem quàm oderit carniſque illecebras, inde, quòd ab hâc ſemper, dum vixit, abſtinuerit; ſed nec vinum admiſerit unquam, niſi Ratiſponæ ex aquâ factum; ſi tamen id vinum fuit & non nectar potiùs, quod cælum invitæ tertiò tunc miſcuit. Jam virginē adultam illam, ſed elinguem, & ab orco obſeſſam unâ operâ & linguæ vinculis, & obſidione tam gravi liberavit. Plura alia mira, quæ vel cùm Antiſtita eſſet Edelſtettæ in Sueviâ, vel Dieſſæ (nam huc ſub vitæ finem rediit) à morte ipſius ſunt prodita, quòd morbos reduces non ſilentibus minaretur. Capilli demortuæ fulmina exarmarunt. Pagum Diengenſem cùm dotem monaſterio impetraſſet, partem redituum devovit ſanctioribus panibus pinſendis, qui ſacrificantium uſui cederent. Atque hoc eſt credo, cur ultimùm ægrotanti ſolatia è cælo tulit VIRGO MAGNA, & cibum divinum Angeli miniſtrarunt, quando nec epulum, nec epuli ſpectacula, nec ſtructores, nec conviva nobiliores potuerunt eſſe. *Ex tom. 4. ant. lect. Caniſii.*

Confitere peccatum, ut Chriſti poſſis venire ad menſam; ut ſit tibi panis Chriſtus, & panis ipſe frangatur in tuorum veniam peccatorum: ut fiat tibi poculum Chriſtus, qui in tuorum delictorum remiſſionem funditur. Agnoſce te peccatorem, ut tecum prandeat Chriſtus. S. Pet. Chryſ. ſerm. 30.

S. REGULUS EPISC. 30. *Martii.*

ITer in Gallias D. Dionyſio cum gemino comite inſtituenti tertius comes REGVLVS acceſſit, non infelicibus auſpiciis. Etenim cùm illi ſanguine ſuo ſterile etiamnum ſolum rigaſſent, inter divina REGVLVS ejus rei nuntias ternas columbas habuit,